

F.

FRANCISCI

GVTHMANI TOLETANI,

ORD. MINORVM REGVL.

obseruantiãe prouinciãe castellãe, in con-
uentu sancti Ioannis Regum eius-
dem ciuitatis, Guardiani.

DE SACRORVM MINISTRORVM
altaris cœlibatu tractatus.

NVNC DENO AB IPSO RECOGNI-
tus, additus & amerdis purgatus.



VENETIIS, apud Gratosum Perchacinum.

M D L X I X.

FRANCISCI TURRIM
gymnafii latini apud Toletanam
Rempub. moderatoris,

Tetraſtichon in Auctoris laudem.

PRæmia quanta tibi veniant de Cœlibe vita
Quamque ſit innumeris illa beata modis
Vis capere, & geſtare ſinu, manibusque libellum,
En tibi qui totus gemmeus irradiat.
Hunc diuinorum interpres & idem
Stirpis Gutmanæ gloria, composuit
Hæ redolent cartæ nardum, thimiamata quid non?
Auctoris vitam teſtificatur opus.

*Epigramma in quo loquitur Natura ad Lectorem,
gaudens quòd auctorem genuerit.*

Fœlix quæ talem potui producere fœtum,
Gutmanumque meis viribus extruere
In hoc expreſſi quantum natura valerem
Plus ultra nulli peregrè poſſe datur
Illuſtres proavi ſunt huic, ſapientia rara
Nec patitur quenquam religione parem
Commoda quot fecit cœleſtia ſemina fundens
Ordine nam vixit ſemper Apoſtolico
Quàm ſanctæ rexit monachos (mirabile dictu)
Compluti ornatus dum moderator erat
Hunc modo composuit librum, quo dicit abunde,
Quid ſibi vult cœlebs accipe grato animo.
Vive igitur Gutmane mihi, nomenque relinque,
Quod nullo pereat temporis articulo.

PROPONUNTUR

IGITUR IN PRIMIS UT

CLARA PROCEDAMUS

luce, per dubia, eaq; toto

in hoc opere pertra-

ctanda sunt,

Quibus per assertiones facientes satis,

totum absolutum manebit.

PRIMUM DUBIUM.

PRIMUM ergo sit dubium, an tempore legis
destitutæ mariti Dei sacerdotes fuerint.

SECUNDUM DUBIUM.

An Sacrifici tempore scriptæ legis, Dei præce-
pto cœlibes fuerint.

TERTIUM DUBIUM.

An à primis Ecclesiæ incunabilis in Euangeli-
cis Sacerdotibus, cœlebs vita in tota vniver-
sali Ecclesia incēperit.

QUARTUM DUBIUM.

An iure Diuino fuerit Presbyteris præceptus
cœlibatus.

QVINTUM DUBIUM.

Quo iure fuerit castitas Sacerdotalis altaris
ministris iniuncta.

Sextum